



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Theodosiæ virginis & martyris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

cessit: sed ut primum eleuatis manibus perfidā lingūam in periurium laxare voluit, supinus retrorsum cecidit, & duarum horarum spatio mortuo similis iacuit. Tandem resumpto spiritu scelus suum cum lachrymis confessus est, veniamque deprecatus ablata restituit, ac duobus ab episcopo pro cæde donatus solidis latet abiuit.

Quot autem per hunc sanctum à vinculis ac durissima carceris seruitute libertatem cōsecuti sunt, testis est hodiè moles illa ferri, quæ in basilica eius adspicitur, de reorum supplicijs aggregata.

Apud vicum Prisciniensem virbis Turonicæ, erat ecclesia dudum cōstructa, nullis Sanctorum reliquijs decorata. Cumque loci illius incolæ, multis precibus aliquas de sancto Nicetio reliquias obtinuerint, & summo cum honore in ecclesiam intulissent, tres dæmoniacæ ex termino Biturigia venientes, primo in templum ingressu Nicetij virtutem se se p̄äsentire aperte dixerunt, ac statim purulentum quid cum sanguine ab ore projicientes ab impuris spiritibus protinus sunt mundate. Alia sanè quâplurima egregiæ virtutis miracula edidit, quæ nos breuitatis gratia studiosè omittimus, cùm satis superque hæc quæ à nobis relata sunt, eximiam Antitiris Nicetij sanctitatem testentur.

Tres dæmoniacæ libe-
rantur.

DE S. THEODOSIA VIRGINE ET MARTYRE CONSTAMISSIMA. auctore Eusebio Cæsareensi, Ecclesiæ historiæ lib. 8. cap. 17. Passa est sub Urbano Pre-
side, temporibus persecutionis Diocletiani.

Iam verò cùm persecutio esset ad quintum an-

2. Aprilis.

num continuata, secundo die mensis Xanthici, id est, ad quartū Nonas Aprilis in ipso die Dominico, & in ipso festo Resurrectionis Saluatoris.

B 3 nostri,

nostrī, Theodosia virgo, Tyri puella fidelis & modesta, annos nondum decem & octo omnino nata, vinctis quibusdā Cæsareæ, qui regnum Christi constanter confitebantur, ante tribunal consistentibus accedit, cùm benignè salutatura, tum (sicut verisimile est) eos obsecratura, ut cùm essent apud Dñm, illius recordarentur. Quo factitato, eam tanquam nefas quoddam & impium facinus aggressam, saltellites abripiunt, deducuntque ad Præsidem.

*Immanissime S. virgo
dilaniatur.*

templo verò iste quasi mente captus, & animi furore maximè efferratus, graibus & horredistormentis latera mammaisque ad interiora usque ossa dilaniat: quam adhuc ægrè spirantem illam quidem hilari tamen vultu & ictu omnia cruciamenta perferentem, in rapidos maris fluctus projici iubet. Deinde ab illa ad reliquos Christi Professores ingressus, omnes ad æris metalla, quæ erant in phæno Palestinae, condemnat.

VITA S. FRANCISCI DE PAULA, ORDINIS Fratrum Minorum Institutoris. ex ijs quatuor Bulla Canonizationis eius habentur, data à Leone I. Rom. Pontif. Migravit ex hac vita vir sanctus anno Domini 1507.

2. Aprilis.
Paula oppidum patria
S. Francisci.
Parentes.

SItum est in regno Neapolitano inter Bruttium & Lucanos oppidum quoddam cui nomé Paulæ est, quod vnius diei itinere à Cusentia, illius prouincia metropoli distat. Inde Iacobus Martottilla originem traxit, qui cùm ex proximo calvo Folscaudi, conjugem honesto loco natam Viennam nomine matrimonio sibi copulasset, procreauit et ea hunc Franciscum, egregium sanè Catholicæ Ecclesiæ Confessorem. Qui a prima infancia sub Deum amore & amore educatus, insigne specimen futuræ